

Exercitatio medica aegrum paralysi laborantem sistens ... / [Johann Martin Hoffmann].

Contributors

Hoffmann, Johann Martin, 1658-
Wedel, Georg Wolfgang, 1645-1721.
Universität Jena.

Publication/Creation

Jenae : Literis Krebsianis, [1682]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/zgch9ymh>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

EXERCITATIO MEDICA
ÆGRUM
PARALYSI
LABORANTEM

fistens,

Quam

Sub PRÆSIDIO

VIRI

*Nobilissimi, Excellentissimi atque
Experientissimi,*

GEORGII VVOLFF-

GANGI WEDELII,

MED. DOCTOR. THEOR. P. P.

ARCHIATRI DUCALIS SAXONICI & S. R. I.

ACADEM. NAT. CURIOS. AD-

JUNCTI,

Præceptoris, Patroni ac Promotoris studio

rum suorum omni observantia ac pietatis cultu

etatem prosequendi,

Publico eruditorum examini submittit

IN AUDITORIO MEDICO

Ad diem

Aug. ANNO M. DC. LXXXII.

JOHANNES MARTINUS HOFFMANNUS,

Numburgo Misnicus.

JENÆ, LITERIS KREBSIANIS.

JAN. 1. 1781. KRISTIANIA.

JOHANNES MARTINUS HOFMANNUS

Ad hunc locum ANNO MDCCLXXII.

IN ALBIS D. D. M. D. C. C. C.

Publico eruditionis studio in hunc

et alia prout

transmissum omni operam et sollicitudinem

Prescriptis, Patrons ac Promotoris

JUNII.

ACADEMIAE M. D. C. C. C. C.

ARCHIATRI DUCALIS SACCORUM & S. R.

MED. DOCTOR. THEOD. P.

GANGI WEDELL.

GEORGI VVOLF

Experimentum

Nobilissimi, Excellentissimi ac

VRAT

Subj. & d. 5.

VRAT

Assens.

LABORANTEM

P. A. R. A. L. Y. S.

AGRIUM

EXERCITATUM MEDICA



Prooemium.



Itam in motu consistere, usitata & omnium votis probata est paroemia. Communior quidem videtur & altera, calido nos vivere, humido nutriri; singulis tamen his motus primum largitur pondus & ultimum.

Si ignis calorque, teste *Platone*, qui alia gignit & regit, ipse ex latione (*Φοεῖς*) & frictione efficitur, hic autem motus est, necessum omninò est, calorem vitalem illum demum dicendum, qui motu citatur in actum, & motum hinc primum & ultimum largitur homini.

Imò duplici motu gaudet vita, primo illo & perenni, qui ex animæ centro, ut sic loquar, evolutus primi mobilis nomine venire potest, in corde locatus, à quo omnia & ad quod omnia eunt redeuntque; & secundo, limitato, à primo quidem illo dependente, longè tamen nobiliori, si effectus spectemus.

Completus demum hic vitam absolvit, & integer, prior ad esse absolutè, alter ad benè esse factus à divino numine. Ille inchoans, hic produciens; ille vitalis, hic animalis; ille originarius, hic continuatus, uterque suis machinis absolutus, uterque per morbos impediri solitus in vitæ sive pausam, sive imperfectionem.

Exemplo sit paralyxis, quæ eclipsin non soli quidem microcosmico inducit, ejus tamen intermedia luationi obicem ponit, ut vivant partes, misero spectaculo, non moveantur, vivant incompletè, nec munis suis fungantur. De hac dum agere instituimus, divini numinis opem imploramus.

4.
HISTORIA.

JUvenis XXV. annorum, L. L. Studiosus, natione Hungarus, temperamenti phlegmatico-melancholici, in cujus nativitate ambo luminaria in γ à maleficorum infaustis radiis valdè afflicti sunt, musicæ ferè unicè deditus, cum maturè satis, an immaturè, vinis generosis patriis avidius esset abusus, & hyemali tempore in nive cum sociis colluctatus sæpius ferè ad sudorem, hinc bibisset largius, thermis ad delicias non rarò usus, & vigiles noctes non unas transigens, mense Majo corripitur palpitationibus cordis per vices, brevi post calorem & horrorem interpolatos sibi invicem percipit, cum oscitatione & lassitudine; tremit corpus, in primis, quoad extrema, ita ut nec manus nec pes æquabili & firmo motu suo fungeretur officio; aliquot noctes surgens præ impotentiâ virium lectum repetere nequit, humi repens, donec post aliquot horas ægrè eidem redditur, hinc inde prius cadens ac si ebrius esset. Idem ante aliquot dies præteritâ quâdam nocte ipsi contigit, quam vigil transegit, sensus videntur ferè ad delirium hebetiores, pes totus sinister friget, torpet, nec sentit, nec moveri potest, mox totum sinistrum latus eâdem motûs impotentiâ penitus afficitur, sensu tamen post frictiones redeunte, & salvo manente, expeditè loqui nescit, pulsus debilis est & frequens, os
ad

ad dextram contorquetur, alvus officium non facit, pes & brachium affectum tumidum redditur. Æger paulò post meminit se eodem morbo jam domi laborasse per multas hebdomades. Petit consilium.

RESOLUTIO.



Affectum, quo æger noster laborat, statuimus nominandum esse in genere PARALYSIN, seu resolutionem nervorum, ἀπὸ τῆς λύσεως, voculâ ἀλυσίαν diminutivâ adjectâ, vocatam, ægrumque ἀπὸ τῆς ἀλυσίαν ἀπὸ τῆς ἀλυσίαν à resolvendo, quod nervi resoluti sint, vocandum. Nam ut penitius ejus naturam examinemus, eamque à reliquis affectibus illi peraffinibus distinguamus, proprietates ejus indagandæ & explorandæ veniunt.

Non verò est ἀπληγία seu ista paralyseos species, quæ apoplexiam perfectam excipit, nulla enim hujus vestigia se apud ægrum fiunt, licet ἀπληγία ab hoc symptomate non nisi ut totum à parte differre videatur, quippe cum illa sit totius nervosi generis totalis, atque adeò & motus & sensus omnimoda resolutio, sed hæc nostra paralytis hoc respectu partialis est. Hinc in specie ἡμιπληγία seu ἡμιπληγία ab autoribus etiam vocatur, quod sit quasi dimidia, seu lateris alterius saltem laxatio. Paralytis est non secundaria, sed primaria. Neque habendum esse eundem pro παρέσθ ex colicâ patet, quod nulla tormina præcesserunt, unde materia in intestinis hærens ad vasa recurrere & ad nervos ac musculos præcipitari potuerit.

Symptoma est actionis læsæ animalis, & quidem facultatis motricis, in quo motus univocus seu voluntarius & animalis maximè abolitus est, hinc & sensus.

Duplex enim solet is affectus esse, alter imperfectus, quo motus tantum aboletur; alter vero perfectus, ubi & motus & sensus cessat, ut primitus hic in nostro paralytico.

Atque ita paralyfin adesse docet ipsa formalis ejusdem ratio, docent ejus ESSENTIALITER INHÆRENTIA, INSENSIBILITAS & præcipuè IMMOBILITAS quoad sinistrum latus, unde locomotiva cessat, & ægere eodem loco semper decumbere cogitur.

Docent idem ESSENTIALITER CONSEQUENTIA, & ex prioribus fluentia, videlicet in *actione lesâ animali* sermonis depravatio, in *vitali*, pulsus debilis & frequens, in *excretis* alvus officio suo non fungens.

CAUSÆ prægressæ & imminentes mollificationem, (ut cum *Ebnfinâ* loquamur,) præfagientia signa, oscitatio, cui dormiendi desiderium non raro jungi solet, lassitudo *ἀντομία* & alia latius jam investiganda idem loquuntur.

Nec SIMILITUDO, seu respectu ægri ipsius, cum eodem morbo jam dum laboraverit, seu aliorum spectata, abnuat. Multos vidimus, qui vel sensu & motu simul, vel alterutro destituti, ab omnibus medicis pro paralyticis judicati & curati fuerunt.

Pars affecta primaria, seu SUBJECTUM PRINCIPALE sunt nervi, tertium illud vasorum genus, quod spiritus animales pro sensu & motu toti corpori, & in specie musculis insinuat. ADÆQUATUM SUBJECTUM indigitamus totam illam *περὶ φέρων*, quæ motûs ablati vestigia impressa sibi servat, latus scilicet totum sinistrum, idque quoad musculos, executores motus.

Duplici modo cum lædi possint nervi, vel in insertione, vel in origine, videndum, quisnam læsionis modus præsentī competat casui. Non læduntur priori modo; ipsum enim particulare motus organum, seu moventes musculi non sunt divisi, sed posteriori, quatenus in v.g. spinalis medullæ *διχοτόμια* deductio spirituum animalium per illos nervos inhibita fuit tum in totum, cum motus & sensus deficeret simul, tum in tantum, cum sensus restitueretur.

An per *περὶ τῆς πλάτης*, an *διὰ τῆς ἐγκεφαλίδος* laborent nervi, quibus cum spinalem medullam includimus, quæsitī, respondemus: per essentiam, tum quia nullus alterius partis affectus

Eius adest, qui consensu suo paralyfin inducere potuerit; tum quia æger, ex ipsius relatu, non primâ, sed secundâ vice eodem morbo correptus sit.

Afficiuntur spinalis medulla & nervi non tam ut partes similes, ut temperie frigidâ præditi, ut calido nativo & spiritibus non legitimè gaudentes, quàm ratione conformationis, quâ organi munus obeunt, quatenus minutis & sensum fugientibus poris instructi sunt.

CAUSA hujus motûs abolitionis IMMEDIATA est influxus spirituum animalium in nervos lateris affecti prohibitus.

MEDIATAM PROXIMIOREM absolvit obstructio, commeatum spiritibus animalibus per poros nervorum denegans. Licet enim nervi non gaudeant cavitatè manifestâ; possunt tamè poris suis satis obstrui. Fit talismodi obstructio secundû *essentiam* spectata ab humoribus serosis, frigidis, acidis, coagulantibus, mercurialibus, qui sese insinuarunt in poros nervorû ad partes hujus lateris euntes. Hinc chimici mercuriali principio paralyfin & tremorem ejus prodromum adjudicant. Vid. *Paracels. Tom. 1. p. 134. in fragm.* ubi, si minus subtilis fuerit mercurius, *inquit*, sed frigidus, facit tremores in manibus, pedibus, vel solo capite; non fecus ac ipse mercurius deprehenditur nervis inimicus, & aurifabrorum musculos resolutos ad movendum ineptos reddit.

Sylvius procul dubio vitium humoris pancreatici accusabit, quod in nervos redundans immobiles istos efficit & ineptos deducendo portitores facultatum animæ spiritus.

Angli, præter spirituum transmissionem, & succum nutritium, ad partes amandari prohibitum, ex atrophîâ membrorum demonstrabilem inculpant. Juxta *Helmontium* acidum coagulatum nervos irruens accusandum venit.

Secundum *Galenicos* nihil aliud esse videtur in causâ, quàm humores frigidi & non nihil viscidi, uno verbo pituita, ita dicta, quatenus illi humores sunt coagulati, qui circa nervorum initium stagnantes spirituum animalium influxum præ-

præscindunt, five id fiat comprimendo & laxando nervos, five etiam obstruendo.

Singulæ hæ hypothefes, si rectè explicentur, conciliari possunt, idemque dicunt, terminis diversis licet. Hinc ut hæc illustremus magis, notabimus paucis, 1. serum esse spirituum animalium vehiculum, imò materiam quoque; esse idem 2. etiam vehiculum salium; 3. spiritus animales esse lucidos, ignem humidum, seu in humido lucentem, uti mechanica hodiè phosphoros in aquâ condit quoque & exhibet, qui irradiant citissimâ undulatione partes movendas, & fibras motrices muscutorum impellunt, ut turgescendo quasi grave corpus in machinis suis moveatur ad nutum archei *ἐνορμησίου*, seu ipsius potius voluntatis, quâ ferimur ad objecta mediante hac locomotivâ. Quid miri ergò, si serum vitale & balsamicum nectar exuat, si vappescat in historulis & acorem peregrinum fixantem & coagulantem inferat, motumque tantum abest ut promoveat, ut potius inhibeat, ut summè mobiles particule quietem meditentur, luce suâ non radient, & partes hinc flaccidæ, inertes, frigidæ, ponderosæ evadant?

Materia hæc, *modi essendi* ratione considerata, peccat *quantitate*. Satis copiosam & onerosam arguit effectus sat gravis, sensuum omnium ferè ad deliriû, durante insultu, hebetudo. Primò ergò materia hæc, serum torpidius & iners, adhuc sanguini mista & nondum ad nervos delata lassitudines spontaneas, viriumque imbecillitatem insignem generavit, hinc robore naturæ ad partem ignobiliorem, pedem nempe finistrum, demandata ejus torporem induxit, tandem motus & sensus abolitionem, in toto hoc latere affecto, indicio satis firmo spirituum influxum in nervos huc excurrentes denegatum. Peccat *qualitate*, quod ex dictis satis claret, frigidâ, viscosâ, & ob acidum coagulans de statu suo spiritus dejiciens. Non tam obscurata est hæc lux, quod in melancholicis aliàs obtinet locum, non tam inquinata & extra oleas vagans, ut in maniâ & epilepsiâ, similibusque affectibus, quàm præclusa aditu. Licet enim per canales, ut ita loquamur, calorificos & alimentofos

tosos perstet suus influxus, & simul vita, alias enim *νεκρωσις* induceretur potius, quam paralyfis, partibus; attamen irradiatio per canales luciferos tenuiores cessat.

Motu peccant hi humores serosi dicti *generationis & locali*. Generati fuerunt IN LOCO AFFECTO IPSO, seu principio nervorum, per *συναθροισμὸν* seu *collectionem* paulatinam. Cerebrum repletum fuit sero in coagulum prono, seu pituitâ & humore lento acido, quem à se exturbans ad partem debiliorem spinalem medullam deposuit. Facultas enim fuit laxa tum ab intemperie, quam affricant ipsi humores, tum à conformatione. Obstructis poris nervorum resedit & in iisdem substitit materia. Excrementitia sentina etiam extra nervis incumbere eosque pondere suo comprimere potest.

EXTRA LOCUM AFFECTUM generata hæc fuit in toto corpore. Ventriculus ab antegressâ vitiosâ diætâ consortem se testatur. Cor & totum corpus palpitationem & febrem testem conspirationis fecit. Sic conturbatâ massâ sanguineâ primum ad cerebrum, post, mediante hoc, in nervos labes fuit didita.

INTER CAUSAS MEDIATAS REMOTIORES occurrit SUPERNATURALIS. Non deesse possunt, qui sagarum fascinatione temeratum corpus asserant; sed cum causæ manifestæ & modus pateant, non opus est, ut eò descendamus, cum nihil insolitum vel ab aliis ejus commatis ægris diversum occurrat.

AD NATURALIUM ordinem spectat TEMPERAMENTUM ejusmodi affectibus valde obnoxium, nempe pituitosum ex prædominio, & melancholicum ex subdominio, statum calidi depresso magis, humidi verò ad acidum & viscidum coagulabile aptum exhibens.

DISPOSITIONEM etiam ad hoc malum ægro nostro adesse suadet & docet illius ipsius mali ante aliquot annos præsentia. Est enim ex illis morbis, qui recidivare facile solent, semel receptâ labe intimiori in affectas partes.

ÆTAS juvenilis in se quidem morbo huic producendo

apta non æstimatur, cruditatibus tamen pituitosis & acidis colligendis, propter victus seu diætæ errores, plurimum favet.

EX NON NATURALIBUS AER frigidus, cui se exposuit æger sæpius, condensando, fuliginosa contribuit effluvia, & cum frigida potissimum nervis sint inimica, ut calidum amicum, *s. a. 18.* resultavit inde promptior coagulandi & obstruendi spiritus facultas.

ASTRALIS INFLUXUS, morborum, quos producit, evidentiâ maximè conspicuus, & in nostro ægro manifestam sui impressit notam. Ambo enim luminaria, ☉ præsidens cordi, ☿ cerebro, huius & illius hostilibus tactu radiis, in signo capiti sacro ♋, dispositionem non levem corpori conciliarunt.

Ventum Australem mense Majo sæpius feri multum velificari & capiti nocere notum est, teste ipso *Coo*, qui inter alia *3. aph. 17.* austrinæ, ait, constitutiones corpora exolvunt & humectant, caput gravant, tarditatem corporibus, *δυσκίνητον*, afferunt.

MOTUM ad sudorem usque nimium ad visciditatem & frigiditatem disposuisse valde est verisimile, cum evacuato fero, per se in melancholicis acri, tales humores coagulari necesse sit. Hinc verò post motu inductum corpori æstum, largior ingestus potus quantam habeat vim coagulandi sanguinem, & varios producendi morbos, in propatulo est.

Parratio est VIGILiarum, quas sæpius transegit æger; quæ, ut *Cous* inquit, *2. aph. 3.* si modum excesserint, malæ sunt; dum nempe corpus lassant; inde exhausti & enervati spiritus, cruditates genitæ, nervi torpidi redditi. Qui potuit aliter de corpore tot malis obruto constitui?

Quoad POTUM, generosum vinum Hungaricum, acido subtili & volatili, subtili non minus sulphuri juncto, abundans, largius & sine discrimine haustum, hinc suum *Ἰνδὸν* contulit, quod quàm nervis inimicum sit, testantur arthritides, calculi & paralyfes frequentius inde inductæ.

CAUSÆ PRÆTERNATURALES quoque concurrunt, inprimis palpitatio cordis, sæpius prægressa, naturam debilitans, quò minus materiam subigere & exterminare potuerit. Quæsiuerat natura sanguini nuptum hoc excrementitium acidum ad æquum componere, & horrore, calore, ac oscitatione molimen, quo extra microcosmi clima ejicere id tentavit, fatis demonstravit; sed hæc spe dejectâ, non cessantibus interea colligi aliis, ad cerebrum delata materia in posticam confedit partem, nervosque ad finistram tendentes infelici maculavit obstructione.

Hiscè causis originem debens affectus, non mirum est, quod sequentibus stipatus *Πανσθενία* fuerit.

1. Tremor artuum, movendique & erigendi corpus impotentia adscribenda est spirituum successivæ debilitati, indeque motui tonico partium moventium ac firmantium læso.

2. *Αναισθησία* & *ἀνασθησία* seu motus impotentia & insensibilitas referenda ad influxum spirituum animalium prohibitum.

3. Quod vero hinc restituta sit sensum sensibilitas, ob fortiorem prius causam hinc ex parte debilitatam robore naturæ factum est. Influunt quidem non disparibus viis ad sensum & motum spiritus animales; ad motum tamen voluntarium perficiendum pauciores longè influunt, quippe qui præ sensu longè plures sibi deponit spiritus.

4. Sensus ferè ad delirium hebetiores debentur turbatis & debilioribus spiritibus & œconomia animali in cerebro.

5. Frigus & torpor partium ortus, tum symbolo denegato & commercio, quod ad temperiem constituendam partium spiritibus animalibus cum vitalibus intercedit, tum motu cessante, unde poris non ritè expansis torpidius impellitur sanguis, nec calor hinc vividus se exerit.

6. Sermomis ex parte abolitio ex eodem fonte nata, spiritibus animalibus turbatis, nec in nervos vocales legitime influentibus.

7. Pulsus debilis & frequens ob denegatos nervis circa finistram

nistrum cordis latus spiritus animales, ob motum cessantem, & flammam vitalem depauperatam, nec lucido æquè foco gaudentem, usu nihilominus ob imminutionem aucto.

8. *Os ad dextram contorquetur*, ob resolutos nervos & musculos faciei finistros, integrum enim oppositum latus attrahit ad se illam maxillæ partem, quæ resoluta est.

9. *Alvus officium non facit*, quia nervis minus vigorata natura stimulum minus sentit.

10. *Pes & brachium affecta tumore molestantur*, ob circulationem sanguinis in partibus affectis læsam, quatenus ab arteriis quidem propellitur, in poris verò carneis ob motum musculorum deficientem stagnat, nec legitime reassumitur à venis.

ΠΡΟΓΝΩΣΙΣ triplici distincta familiâ considerandam merito suo se nunc offert.

Prædictio SALUTIS & MORTIS, petita à *Genere*, curandi quidem magnam difficultatem arguit, exortem tamen fatali emigrandi fine. Accedit, ratione *subjecti*, Hippocraticum elogium: Minus periclitari in morbis, quorum naturæ, & ætati, & habitui magis morbus, quàm quibus secundum nullum istorum congruit. 2. *apb.* 34. Magis ergo periclitabitur æger noster, in quo hæc non reperiuntur.

Ast benè tamen sperare jubemus, sensus salvus & incolumis redditus bonum præbet omen; sensus interni illibati consentiant.

De LONGITUDINE & BREVITATE consulti, cum ad chronicorum numerum affectus, omnium suffragio, spectet, non est quod citò remoturos nos tantum malum spondeamus; sed morâ opus est, constantia & patientia requiritur, ut contumacem debellemus affectum, sufficiat solatium, averruncari denique ipsum posse.

Modus EVENTUS erit λυσις, lentâ solutione terminabitur. Præcedet torpor & tremor partium, ab influxum novum meditantibus spiritibus. Febrem superventuram morbumque soluturam diffidimus.

Prognostico hoc muniti, aggredimur CURATIONEM, indicationibus & materiis remediorum debitis instructi.

CURATORIA morbum ipsum tollendum & cerebrum roborandum indigitat, quod præsertim fiet, si juxta PRÆSERVATORIAM causas sustollere allaboremus. Humores igitur frigidi & melancholici, post factam præparationem, evacuandi tum universaliter, tum particulariter. Qualitate peccans humor alterandus, viscidus incidendus, frigidus calefaciendus, acidus temperandus & mitigandus. Uno verbo obstructio nervorum expedienda, & intemperies omnis auferenda.

In primis ex VITALI quoque vires conservandæ, & totum corpus calore nativo depauperatum roborandum, & calor evocandus est.

Satisfiet hisce materiis præsidiorum, ex triplici usitato fonte desumptis.

EX CHIRURGIA VENÆ SECTIONEM excludit contraindicantium multitudo & indicantium absentia. Nulla adest plethora onerosa, contra ea nutritio vitiosa partium & morbus ipse frigidus prohibent.

Cucurbitulæ non scarificatæ femoribus & scapulis pro attrahendo calore & spiritu applicitæ, iterum tamen statim remotæ, ne id, quod attractum est, iterum expiret, majorem præstabunt utilitatem.

Insensibiliter etiam vacuantia alia non frustrabuntur spem. FRICTIONES cum lintheaminibus vel pannis calentibus, sæpius non minus circa spinalem medullam, quam in partibus laborantibus institutæ, suam hinc pollicentur operam. Revocabunt hæ vividum calorem, vegetabunt nervos & spiritus allicient.

VESICANTIA pone aures, jubente *Platero*, adponere non erit incommodum, ut derivemus & evacuemus materiam serosam, ichorosamve.

Maximus erit URTICATIONIS usus, veterum & recentiorum commendatione illustris. Percutiat urticis mi-

noribus, vel etiam Romanis, ex parte spina dorsi, maximè verò brachium & pes resoluti, donec rubescere incipiant, ut sanguine & spiritibus illuc revocatis reviviscat motus. Suspecta quidem est hæc urticatio *Verulamio*, ne, propter venenatam qualitatem urticæ, serpigines usu frequenti inducat & mala cutis; Verùm infra curam habemus istum metum, cum venenata qualitas urticæ non insit, modò caveamus, ne eò usque inhæreamus actui, quò vesicæ aut pustulæ inductæ dissolvant id, quod ad partes vocabatur.

An cauterium in nuchâ adhibendum sit, dubitamus, mitiora experiemur auxilia.

EX PHARMACEVTICO FONTE generosiora mutabimur remedia. LENIENTIA *ἐκκροτωλικά* blandè subducendo stercoream molem primas mundabunt vias.

Rx. electuar. lenit. diaphæn. an. ʒij.

fecul. paon. ʒß. sirup. rosar. solut. & sacch. q. f.

M. F. l. a. bolus. S. Lindbissen auff einmahl.

Rx. M^o. Pear. ʒ. ʒij. extract. chamædr. ʒß. castor. gr. v.

Ræ rhabarb. q. f. M. F. l. a. pil. S. Haupt-Lind-Pillen auff zweymahl.

Nec incongruum erit clystere eluere intestina, & simul roborare sphincterem.

Rx. rad. irid. Fl. paon. an. ʒß.

herb. salv. chamædr. chamæpit.

betonic. stoech. ar. chamomill. Rom. an. mß.

fol. senn. ʒß. agar. in pet. ligat. ʒij.

sem. carv. filer. mont. an. ʒj. sic. pingv. n. vj.

Coq. in f. q. ∇ f. Colat. Rx. ʒßj. ol. castor. ʒj. rutæ ʒß.

elect. Hier. Logad. ʒvj. sacch. Thomæi ʒj.

vitell. ov. n. j. M. F. l. a. Clyster.

PRÆPARANTIA, & ordinis & dignitatis autoritate insigniter se commendantia, subsequuntur.

Rx. ∇ chamædr. chamæp. beton. salv. a. ʒij. cinamom. ʒß.

extr. peoniæ, ir. Flor. elix. cephal. an. ʒj.

— Oli ceph. ʒj. sir. de stoech. q. f. ad grat. M. F. potio.

S. Haupt-Träncklein.

Rx.

Rx. rad. peon. irid. Flor. caryophyllat. an. ʒiij.
fol. salv. acut. beton. rosm. an. mj.
fl. paralyf. stoechad. arab. an. mß.
cinam. ʒij. cubeb. ʒj. Coq. in f. q. ▽ ad tertias.
Colat. adde essent. cephal. mixt. simpl. an. ʒj.
sir. beton. q. f. M. F. l. a. potio. S. Alterire
Trancß auff etliche mahl.

PURGANTIA, torpidos humores è glandulis intestinalibus, & consecutivè ex reliquo corpore educunt, possunt esse talia:

Rx. pulv. laxat. veg. ʒj. off. microc. calcin. g. iix.
scammonii ros. gr. iij. M. F. Pulvis. S. Purgierpül-
verlein.

Rx. conserv. ros. ʒij. pulv. lax. veget. gr. xvj.
¶ i Olat. g. vj. scammon. trochisc. g. iv.
sir. ros. solut. q. f. M. F. l. a. Bolus. S. Purgier-
bissen.

Rx. NP. cochiar. extr. panchym. Croll. an. g. viij.
scammon. rosat. gr. vj. ol. cinam. gtt. j. M. cum elix.
propr. F. l. a. Pil. n. xij. S. Purgierpillen.

Rx. magist. gialap. ʒß. aq. cinam. spirituos. q. f.
Solut. add. sir. corall. ad grat. M. in vitr. S. Purg-
ier-Gäfftlein.

Præscribi etiam commodè potest infusum purgans fimali & alterans, ut per *ἡλιόγειον*, morbis chronicis debitam, sensim & sensim cum tolerantia ægri tollamus quodcunque noxium ibi hæret.

Rx. rad. peonie, caryophyllat. scorzon. an. ʒß.
herb. rosmar. salv. chamedr. an. mß.
fl. stoech. arab. p. iij. senn. Alex. f. f. ʒß.
sem. cartham. fœnic. caru. an. ʒj.
rhabarb. Alex. ʒj. agar. trochisc. ʒß.
hermodact. cortic. citri, aurant. cinamom. an. ʒj.
Concis. contus. g. m. D. in find. rubr. & Chart.
S. Species in Wein.

Αὐτῶν οὖν, non temerè insistemus, dejecturi reliquum quod est virium, quæ si consentiant, ¶ *emet*, gr. ij. vel mannæ vomitoriorum, seu *Θλι* *Θλι* optimè purificati & crySTALLINI gr. xv. vel *ἑ*. facile cum aliis miscenda, propinari queunt.

DIAPHORETICIS, omissis nempe diureticis, ex decocto lignorum, guajaci & similium, maximum in paralyfi curandâ errorem committi animadvertit *Septalius l. 6. caut. 74.* Nihilominus cum sudore æger noster non diffuat, materia verò terosa peccet, & in motum citanda sit, suademus quæ specialiter nervis dicata sunt, & caput simul respicientia ex digestâ materiâ pituitosâ fluidum quod restat & vapidum eliminant.

Rx. ∇ *salv. chamædr. nampb. belen.* an. $\text{℥} \text{ss}$.

liquor. C. C. succinat. ἑ. extr. card. ben $\text{ἑ} \text{ss}$.

sir. fl. tunic. q. s. ad grat. M. F. Haustus. D. in fict.

S. Schweißtreibendes Träncklein.

Rx. bez. Dar. cinnab. ḡii, mag. cran. human. an. gr. viij.

eleosacch. cinam. gr. iv. M. S. Schweißpulver auff einmahl.

Rx. Ræ bezoard. ziß. ~ succin. ἑj. M. in vitro.

S. Schweißmixture.

Excitato blando sudore illinantur membra impotentia linimentis paulò post delibandis.

DIURETICA maximæ erunt utilitatis, quatenus ad nervorum decumbens originem materia vitiosa hisce attenuata ad mare occidentale microcosmicum derivatur, prout & ipse *Cous coac. prænot. c. 3. t. 89.* paralyfin solvi urinis multis acervatis derepentè prodeuntibus asserit. Coincidunt hæc ex parte cum volatilibus specificis.

Rx. Θ scord. chamæpit. chamædr. an. ἑj.

succin. volat. gr. vj. mag. lap. 69. ἑss. M. F. Pulvis.

S. Resolvierpulverlein.

Rx. essent. belen. zij. ~ Θ ¶ ri ἑj. $\square$ a $\text{ἑ} \text{ss}$. M. S. Condero

licher ~ auff etliche mahl 30, 40, gtt. ins Bier.

PARTICULARITER caput purgari potest per sternu-
tatoria, errhina, & apophlegmatismos, eoque promptius, quò
magis constat, torpidius excitandum & educendum serum, &
nervos copiosos ad glandulas salivares ferri.

Rx. flor. lil. conval. ʒij. castor. ppt. gr. xv.

*mosch. gr. j. M. F. Pulvis. Potest etiam addi parum
ol. rosmar. vel succin.*

Rx. ▽ majoran. ʒß. extract. elater. g. v.

℞l. alb. gr. iv. M. S. Wasserlein zur Nasen.

Apophlegmatismus quoque *Laurembergii*, descriptus *ann.
III. Ephem. German.* adhiberi poterit. Masticari item utiliter
possunt *mastiche granulata, cubebæ, caryophylli, N. M. & alia.*

ROBORANTIA & ALTERANTIA SPECIFICA ner-
vina interna & externa non negligenda, quibus ceu heroi-
bus palmam victoriæ deferimus. His diu & potissimum
insistendum erit.

Rx. ~ magnanim. compos. Lauremb. ʒij. essent. ambr. castor. a. ʒj.

M. D. in vitro. S. Hauptmixture.

Rx. elix. cephal. c. ~ ℞l. ceph. parat. ʒiij. D. in vitr.

S. ut ante.

*Rx. ~ Θ *ci ʒj. lil. conval. ʒiß. M. D. in vitro. S. Haupt-
Spiritus. Dos. 30. 32. gt.*

*Rx. specif. ceph. Mich. ʒj. spec. diamb. ʒij. M. Div. in
5. p. æq. S. in chart. Stärckpülverlein.*

*Rx. pulv. cachect. cinnabarin. D. Præsid. ʒij. D. in chart.
S. öffnend und stärckend Hauptpülverlein.*

Rx. Ræ De ʒj. D. in vitr.

Rx. extract. salv. chamædr. lil. convall. an. ʒß.

sp. diamb. magist. cran. hum. an. ʒj.

pulv. ceph. Craton. ʒj. ambr. gr. v. ol. salv. gt. iij.

sacch. in f. q. ▽ ceras. nigr. apoplect. ʒij. sol. q. f.

M. F. l. a. rotulæ. S. Stärck-Rüchlein.

Rx. conserv. anth. prim. ver. salv. an. ʒß.

rad. helen. condit. ʒiij. spec. diamb. diam. d. an. ʒß.

cran. human. ppt. succin. ppt. pulv. cephal. ʒ. an. ʒj.

nuc. mosch. in Ind. condit. n. j. ambr. gr. v.

~ *Ol. ceph. gt. x. sir. stoech. arab. q. f. M. F. l. a. elect. D. in pyx. S. Stärcklattwerge.*

Rx. essent. succ. alcalifat. castor. an. 3j.

~ *Θ *ci 3ß. M. S. Glieder-Essenz.*

Rx. R corall. c. ~ lign. Div. essent. ambr. 3ß. M. S. ut ante.

Rx. essent. lignor. compos. 3ij. mixt. simpl. 3ß.

extr. peoniae c. ~ Ol. cephal. 3j. M. S. u. f.

Consultum etiam erit speciebus nervinis subinde, seu in juscule, factâ extemporaneâ decoctione, uti, seu in infuso potum alterare ordinarium, ut character novus quasi massæ sanguineæ inducatur, morbofo extincto.

Rx. rad. peon. ir. Flor. farsaparill. an. 3ß.

fol. salv. acut. chamadr. chamapit. meliss. an. mj.

flor. anth. prim. ver. stoech. arab. an. mß.

cinamom. cass. lign. an. 3ij. sem. coriandr. 3iß.

rasur. lign. sassafr. visc. querc. an. 3ij. lign. aloes 3j.

M. concis. contus. g. m. S. Species zum Bier oder Wein.

Non incommodum quoque erit, laxare nonnunquam frenum, & naturæ pro recolligendis viribus dies aliquot concedere liberos. Ita enim præsentius sibi applicabit auxilium, & unicè roborata fortius aggredietur hostem.

Quocirca & EXTERNA in subsidium vocanda, ut aptæ reddantur partes resolutæ accipiendo opem. Applicanda sunt TOPICA hæc præprimis spinali medullæ, hinc etiam circa femora & scapulas, aliasq; partium affectarum radices.

Rx. ol. laurin. 3ß. spic. succin. an. gt. vij. l. rhod. gt. iij.

ungu. nervin. August. 3j. M. F. l. a. ungu. S. Cälblein zum Rückgrad.

Rx. ungu. paralyt. Mynsicht. 3j. petrol. 3ij.

ol. caryoph. salv. rosmar. junip. an. gtt. iv.

pingv. castor. 3j. M. F. l. a. ungu. S. u. f.

Rx. ol.

Rx. ol. lumbr. de castor. an. 3vj. philosoph. 3ij.
bals. de Peru 3j. O plumos. 3ß. M. F. linim.

Rx. castor. opt. 3ß. flor. paralyf. cheiri, fl. spic. a. mß.
salv. nob. rosmar. an. mj. campb. cubeb. a. 3j.

~ lil. convall. q. f. Infund. stent per 80 iij. Colat. in-
ungatur spina dorsi à nuchâ usque ad os coccygis.

Rx. galbaneti Paracels. vel Cratonis 3ß. D. in fict. S. Eiser-
licher Balsam.

Rx. balsami nervini Sylvii 3j. Est verò sequens :

Rx. myrrh. elect. al. hepat. spic. nard.

sangu. dracon. thur. mum. carpobals.

opopan. bdell. ammon. styr. liquid. an. 3ß.

mosch. 3j. terebinth. ad p.o. Terantur terenda & mace-
rentur in vino, deinde colentur & terebinth. venet. admiscea-
tur, pone in ☿ & ♄. Prodibit humor crassus ex rubro flave-
scens, & habebis balsamum admirabile.

Rx. aq. Anbaltin. liniment. nervin. an. 3j. M. D. in vitr.
S. Glieder-Spiritus.

Descendendum quoque his ad ipsos pedes, & balnea in u-
sum trahendo.

Rx. fol. chamædr. iv. artbrit. beton. an. mij.

siderit. ebul. origan. pol. montan. an. miß.

salv. rosm. an. mj. fl. chamom. rom. m. iiß. paralyf. mß.

bacc. junip. laur. an. 3j. formic. major. c. ov. 1ßj.

Coq. in f. q. ▽ pro balneo. Hoc & fomententur & la-
ventur artus usque ad sudoris promotionem. Inde linimen-
tis jam citatis largiter imbuantur, potissimum circa juncturas.

Si possit experiri medicatorum torrentium venas, thermas
puta, præsentius juvabitur. Tempore vindemiarum instan-
tium vinaceis calidis immergat pedes & manus, commendan-
te Donato Altimaro.

Lintea, quibus fricantur & teguntur membra, suavibus in-
ebrientur effluviis pulverum pro suffimentis, vel sequen-
tium globulorum :

Rx. gum. *tatamah. succin. oliban. an. ʒij. myrrh. ʒj.*
bals. de Peru q. f. M. F. l. a. globuli, injiciendi prunis.

Balsamum Apoplecticum feriat nares & tempora. Caput cucupha defendat & roboret.

Rx. *stoech. arab. salv. fl. lil. conval. an. mʒ.*

sem. ocym. lign. sassaf. rhod. an. ʒj.

mastic. succin. rad. ir. Flor. an. ʒiʒ. ol. major. salv. an. gtt. iij.

mosch. gr. ij. M. F. l. a. c. find. rubr. pileolus.

Si ad paralyfin linguæ in specie remediis opus fuerit, commendabimus sequentia:

Rx. ∇ *apopl ʒj. ceras. comp. D. Pres. ʒij.*

essent. rosmar. ʒij. M. in fict. S. Sprachwasser.

Rx. *theriac. vet. Androm. ʒij. balsam. vit. gt. x.*

essent. castor. ʒj. M. D. in pyx. S. Mixture zum Munde.

DIÆTA his omnibus respondeat. IN NATURALI CIBUS ratione *substantia* fit *εὐκοίλι*, boni succi, in succum & sanguinem facile subiens. Omnia nimis pingua & acida exulent. Ratione *quantitatis* *ἀδδηφαιαν* devitet. Melius nutriet per *ἰσχυροσιν* ingestus, quàm copiâ turbato ventriculo. Caro perdicum affata vel gallinarum, viperis, si haberi possint, nutritarum, immutandi vi maximè pollens, fit in oculis. Condiuntur cibi salviâ, melissâ, mace, & aromatibus aliis.

POTUS fit vinum vel cerevisia, salvia & rore marino medicata, nunquam tamen in excessu haurienda, nec jejuno ventriculo.

VITALIS AERIS jubet habere rationem. Frigidus austrinis ventis infamis, quo nihil magis nervos percellit, cane pejus & angue, item per fenestram modicè apertam irrepens fugiatur. Calidus & ficcus blando fotu membra ambiat, non rarò sufficientis mixtus in vitalia hauriatur.

DIÆTA ANIMALIS quoque observanda. QUIES molesta & uno in loco decubitus excutiatur. Membra infirmia suaviter ad motum, quantum conatu assequi æger potest, invitentur.

SOMNUS moderatus sit in usu ; meridianus, nisi præcefferit nox infomnis, nocet. VIGILLÆ spiritus excitent, non destruant.

EXCRETA adsumptis respondeant, alvus quotidie munus suum exequatur ; si laxior fluat, moderanda ; si pigrior existat, lenitivis benedictis provocetur.

ANIMI AFFECTUS temperentur. Sustentetur ægrus animus firmo solatio, sæpè in morbis fieri monstra, & in remedium & in levamentum medicinam patere, morbo se difficili implicari, sanum tamen futurum in animum inducat.

Nec speret sine desperatione, nec desperet sine spe.

Qui nil potest sperare, desperet
nihil.

SOLI DEO GLORIA.



Unditùs indagas, quis sit
Paralyticus ? Insta!
Ausibus ut clemens ad-
nuat, opto, Deus!

*Per-eximio Dn. Respondenti, Amico & Auditori suo
solertissimo de specimine hòc egregiò
gratulatur*

AUGUSTINUS HENR. FASCHIUS, D.
Anat. Chir. & Bot. Prof. Publ. p. t. Academiae
RECTOR.

C 3

Dum



Um placet ingenii primos
depromere foetus
nunc, HOFFMANNE, Tibi, &
cathedram conscendere
doctam,
egregiam collaudo operam, egre-
giosque labores;
atque Tuis studiis veterum FELI-
CITER! addo.

*Conatibus eximiis Præstantissimi Dn. Respondentis
paucis hisce adplaudebat*

RUDOLPH-WILHELMUS Krauß/D.
Prof. Publicus.



Uando alternando doctâ
vi prælia miscet,
nostrum est HOFFMANNO
plaudere: victor erit.
Victor erit, qui sacræ artis secreta
sagaci,

Phœ-

Phœbi judicio , condita mente
tenet.

*Pereximio Dn. Respondenti, Auditori meo assiduo,
modesto & erudito ex animo gratulor*

PRÆSES.

Præeximio atq; præstantissimo
Domino

JOHANNI MARTINO
HOFFMANNO,

Optumi PATRIS bonæ spei filio,
Fautori atque Adfini suo plurimum
dilecto,

de,

PARALYSI

publicè disputaturo

FELICITER

adclamat.

JOHANNES Eschenbach / D.

Physicus Ord. Jenensis.



Lebs hæret terris, nec vul-
gus respicit astra,
Immò nescit iners, quod
jacet ante pedes.

Si

^{24.}
Si doluit, nescit, doloris quâ parte
moretur;
Intremuit rudis; ast nec memor
hujus erit.
Ardua sed spirans animus scrutatur
& alta;
Summaque virtutum carpere ri-
tè potest.
His inhias etiam AFFINIS; respon-
deat arti
Merces, & capies præmia larga
breui.

F I N I S.